



DIÖZESE  
INNSBRUCK

# Digitales Archiv

**Altarweihe**

**Pfarrarchiv Silz**

**10.09.1648**

**Digitales Archiv**

Shelf Mark: 6.7517.A86

---

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)

Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

[urn:nbn:at:at-dai-61779](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:at:at-dai-61779)



**J**ESSE PERCHOFER Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Episcopus Belinensis, & Suffraganeus Brixinensis &c. Vniuersis & singulis Christi fidelibus, præsentibus & futuris, salutem in Dño sempiternam. Recognoscimus per præsentem, quòd anno à Natiuitate Domini nostri IESV Christi Millesimo sexcentesimo *Quadragesimo octauo* Die verò *trigesimâ* Mensis *Augusti*, in *Parochiali Ecclesiâ in Sitz* Brixinensis Diocesis Altare *Primum & summum* in honorem sanctorum *Apostolorum PETRI ET PAULI* consecrauimus & dedicauius, & in eo Reliquias sanctorum *Jacobi maioris Apostoli, Thomæ Apostoli, Bartholomæi Apostoli, Fortis Martyris. Nec non aliorum Sanctorum, quòrum nomina scripta sunt in libro Vita.* inclusimus, recondidimus, & sepeliuimus, cupientes vt dictum Altare debitis colatur honoribus, ac à Christiano populo iugiter & deuotè frequentetur. Omnibus & singulis Christi fidelibus, qui in anniuersaria die dedicationis huiusmodi deuotionis causâ, idem Altare visitauerint, ac in ea pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, hæresum extirpatione, alijsq; tam publicis, quàm priuatis proprijs, seu proximi necessitatibus, vel prout deuotio ijs suggererit, preces ad Deum piè effuderint, de omnipotentis Dei misericordia, Beatorumq; Petri & Pauli Apostolorum confisi suffragijs, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in Dño concessimus, & relaxauimus; prout harum Testimonio litterarum, manus nostræ subscriptione & Sigilli nostri Pontificalis appensione munitarum concedimus & relaxamus. Data Brixinæ in ædibus Residentiæ nostræ, Die *decimâ* Mensis *Septembris*. Anno quo supra

*Jesse Epus ut supra*



